Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

lectio

vos. Nunc iudicium est mundi:
Nunc princeps huius mundi:
eiicietur foras. Et ego si exalta-
tus fuero a terra omnia traham
ad meipsum. Hoc autem dicebat:
significans quam morte esset mo-
riturus. Respondit ei turba. Nos
audiuimus de lege: quia xpus
manet in eternum: Et quomodo
tu dicis oportet exaltari filium
hominis: Quis est iste filius hominis.
Dixit ergo eis iesus: Adhuc
modicum lumen in vobis est am-
bulate dum lucem habetis. ne vos
tenebre comprehendant. Et
qui ambulat in tenebris nescit
quo vadat. Dum lucem habetis:
credite in lucem: ut filii lucis
sitis. Hec locutus est iesus et
abiit: et abscondit se a eis.
Cum autem tanta signa fecisset
coram eis non credebant in eum: ut
sermo ysaie prophete impleretur
quem dixit. Domine quis credidit
auditui nostro. et brachium do-
mini cui revelatum est. Propter
hoc poterant credere. quia iterum
dixit ysaias. Excecauit o-
culos eorum. et indurauit cor
eorum: ut non videant oculis:
neque intelligant corde et conuertan-
tur et sanem eos. Hec dixit ysa-
ias. cum vidit gloriam eius: et
locutus est de eo. Verumtamen et ex
principibus multi crediderunt in
eum. sed propter phariseos non con-
fitebantur. ut non de synagoga ejci
erent. Dilexerunt enim gloriam
hominum magis quam gloriam dei.

Sepe me de iniuriis meis offen-
dere adtentabam dicere me facere vo-
luntatem tuam quia deus meus es tu.

Hec sacrificia a nos oppsita sint
domine: potentia tua me mundatos
ad tuum sanctum pertingere meruis-
te principium. P. Cum exultatione
et letitia et gratulantes tuam
misericordiam induant pudore et reiicien-
tur qui maligna locuti sunt adversum
me. Oratio Oremus. Deus qui
nobis donasti tua sancta secreta
percipere quorum et actu delectemur
et tractu. P. Sup oblata

Adiuuet nos domine salutaris
tuus. et ad diuina celestia qui-
bus nos instaurare dignatus
es. tribue venire gaudentes.
P. Fiat hec oblatio

Oris nos-
tros qs dne placatus intende.
propitius nos et a peccatis absolue
propitius: et a cunctis expe bene-
ficiis adiutis. P. feria tertia.

Nos autem gloriari oportet in cruce
domini nostri ihu xpi in quo est sa-
lus vita et resurrectio nostra per quem
saluati et liberati sumus. Ps. Deus
misereatur nostri et benedicat nobis il-
luminet vultum suum super nos et mise-
Omnipotens sempiterne deus ut ac-
da nobis ita diuine pas-